Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Eadem die examinatus fuit Discreta mulier Barbara uxor Georgii canonici de Nerenburg qui claustralis Patrumen diocesis etatis sue annorum Cxxxvi
tra duorum vel circa que deposuit ut sequitur

Et primo super primo secundo et aliis articulis usque ad undecimum inclusive
testis examinata dicit articulos fore veros quia semper ita a senioribus suis audivit

Super duodecimo articulo incipien Item qd propter bona sua ie testis examinata dicit articulum fore verum quia adhuc hodie ita reputatur

Super Tredecimo et Quatuordecimo articulis incipien Item qd a sede apostolica ie
et Item qd propter virtutem et bona opa sua ie testis examinata credit articulos
fore veros quia dicit se audivisse ita compertum esse in antiquis scripturis
ad qas se refert

Super Quindecimo decimosexto decimoseptimo et decimooctavo articulis
testis examinata dicit ut ad primum

Super Decimonono articulo incipien Item qd post mortem suam clarum ie teste
examinata dicit articulum fore verum quia audivit a pluribus multa et diversa
miracula circa Tumbam beati Leopoldi facta esse Interrogata secundum
interrogatoria prenotata testis respondendo dixit qualiter ipsa an annos
quatuordecim gutturi eius intantum inflatum fuit qd in octo diebus non
potuit quicqm deglutire nisi cum vi et maximis doloribus Tandem inducta
per quandam eius vicinam ut invocaret beatum Leopoldum pro sanitate adipi
scenda et visitaret Tumbam suam et cum ad Tumbam pervenisset debere
imponi digitum suum ad quoddam foramen qd in lapide Tumbe reperitur
et ex illo modico humiditatis que ex illo fluit ad modum gutte aque accipere
et collum eius eadem humiditate et sanaretur Quod cum dicta testis cum magna
devotione fecisset illico ea adhuc apud Tumbam beati Leopoldi existente sana
ta fuit et inflatura domino recessit et videbatur sibi immediate deglutisse vnum
morsum panis Gracias exivit deo omnipotenti et beato Leopoldo sana reversa
est in domum suam et nunquam ex post aliqm sensit infirmitatem credens id
ex merito beati Leopoldi miraculose contigisse

Super Vicesimo articulo incipien Item qd eiusmodi miracula ie testis exa
minata dicit articulum fore verum quia propterea eius devotio augmentata
est et in dies augeatur

Super Vicesimoprimo et Vicesimosecundo articulis incipien Item qd talia
miracula ie et Item qd omnia miracula ie testis examinata dicit articulos
fore veros quia non credit qd possit fieri aliter

Super Vicesimotertio articulo incipien Item qd quotidie adhuc ie teste ex
aminata dicit articulum fore verum quia vidit novem quendam puteum
qui ut ab aliis tunc ibidem stantibus audivit vocatur in quodam puteo
reperta sive extracta fuit circa Tumbam beati Leopoldi vitam recuperavit
et alia diversa miracula novem circa Tumbam beati Leopoldi facta esse
audivit sed non recordatur qualia